

Lib. XV. Tit. I.

De Peculio.

§. 1. *Actio de Peculio (honoraria)* est quâ paterfam. qui peculium suæ potestati subjecto concessit (non ademit) ex contractu, quem hic ipso etiam ignorante iniit, convenitur, ut peculiotenus condemnatur: non obstante contra filium actione civili. Ejus

§. 2. (1) *Fundamentum, & quidem*

1. *Remotum, est Concessio Peculii. Est autem*

Peculium id bonorum qualiumcunque, quod separatim à rationibus (non à bonis) domesticis haberi permittitur.

Quantitas ejus, deducto si quid inde paterfam. debetur, sed computato eo quod paterfam. suæ potestati subjecto naturaliter debet, aut dolo fecit, quo minus in peculio esset, supputari solet. Est-
que

vel *Servi*, unius tantum generis, nempe *Profectitium*.

vel *Filii*, quod est

vel *Castrense*, occasione militiæ armatæ acquisitum. Cui assimilatur

quasi Castrense, emolumenta *Assessuræ*, *Advocaturæ*, gesti magistratus &c. (militiæ togatæ) in se complectens.

Utrumque filio pleno jure competit.

vel *extra Castrense* & est

vel *profectitium*,

vel *adventitium*.

§. 3.